

nentia trahatur ad imperatores secundum quod sonat forma argumenti(?); dico, quod omnia i) talia privilegia sunt retractata quatuor k) de causis, ut dicit quedam glosa decreti l) 3).

cap. 578 Ad octavum argumentum a).

Ad octavum est dicendum, quod sancti patres, qui canones condiderunt, fuerunt vasa plena spiritu sancto b), fatientes miracula prophetantes futura et omnium virtutum cellaria; et c) ideo non est tutum contradicere dictis sanctorum. Unde Constantinus magnus dixit 1), quod sententia pape quasi verbum ex ore dei recipi d) debet et precipue, quia lex imperatoris non dedignatur sequi sacros canones, ut secunda q. iii. 2). Sed si volumus ad hominem respondere, possumus dicere, quod istud argumentum tangit imperatores, qui nichil iuris habent in mundo et tamen scripserunt mirabilia de se ipsis, videlicet quod est princeps mundi et dominus, ff. ad legem Rodiam e) de iactu. f) *Deprecatio* 3), et omnia sunt in potestate imperatoris, viii. di. *Quo iure* 4) et xxiii. q. viii. *Convenientior* g) 5), C. de quadri. h) prescrip. *Bene a Zenone* 6), et quod est dominus Iudeorum et quod est super omnes reges, que omnia sunt frivola et nullius ponderis. Ex his ergo tantis concluditur, quod papa est superior imperatore in temporalibus et de iure et de facto 7).

cap. 724 Quod imperator vadit per electionem a) 1).

Mortuo itaque imperatore Ottone tertio absque liberis consciderans Gregorius papa huius nominis quintus, quod simpliciter est melius regnum ire per electionem quam per successionem, quia electio est actus rationis, successio fortune est actio 2), statuit, quod sicut a principio originis imperii ellegebantur imperatores, ita et b) de cetero imperium iret per electionem, et statuit de consensu c) senatus et totius populi romani <et> transtulit ordinationem imperatoris sive electionem ad certos officiales imperiales curie, ut possent elligere imperatorem de omni parte mundi et de omni provintia; et hanc auctoritatem habent ab ecclesia. Unde dicitur in Consilio vienensi 3), quod ab ecclesia pervenit ad certos barones Alamanie ius et potestas elligendi regem, post-

i) om. O k) V. A, quinque O l) Quinque alias quatuor de causis retractantur privilegia add. O

3) D. 63 c. 23 Gl. ad v. Affici. — CM cap. 577 = GA cap. 198—199.

cap. 578 a) Ad — argumentum om. O b) vasa spiritu sancto plena tr. O c) om. A d) recipit O e) iulium O f) de iactu om. A g) convenientior AO h) quadrigeni A

1) Vgl. D. 19 c. 2 und Tholomeus von Lucca, DC 22, 21 ff. 2) C. 2 q. 3 c. 7 dict. Grat. 3) Dig. 14. 2. 9; vgl. zum Folgenden X. 1. 6. 34 Gl. ad v. In Germanos. 4) D. 8 c. 1. 5) C. 23 q. 8 c. 21. 6) Cod. 7. 37. 3. 7) Für CM cap. 579 vgl. CM cap. 345; GA cap. 189 und 186.

cap. 724 a) Quod — electionem om. O, vadat A b) ut A c) asensu O

1) Vgl. zu diesem und dem folgenden Kapitel Tholomeus von Lucca, DC 29 f. 2) Vgl. Aegidius Romanus, De reg. princ. 3, 2, 5 (Romae 1607) S. 461, der sich für das Erbrecht ausspricht. Für das Wahlrecht plädieren Landulf Colonna, De transl. imp. cap. 9 (s. o. Anm. 224) S. 95, Marsilius von Padua, De transl. imp. cap. 11 S. 153 und der Tract. anon. de transl. ... (ed. Krammer S. 72). 3) Clem. 2. 9 c. un.